Atq. a furore animi paulatim intentionem eius emolliuit. ut
quasi conpatientia atq. unanimo se rex crederet. et daret ei
libellos legendos quos alexander composuerat.
At ille singula quaeq. aduertens. ubi intellexit magis dolo
re congesta quam fide nixa profundo consilio. minuere
paulatim inuidiam tentamenti parricidalis. atq. obiecto
rum causas in eos qui descripti fuerant. et maxime in fer
ram coepit transfundere. Itaq. ubi aduertit regem
a sua sententia non abhorrere. considerandum inquit
ne forte adulescentis magis tantorum ac probrorum
insidiis appetitus aput te sit. quam tu ab adulescente.
quid enim causae erat ut tuam appeteret uitam. cui regni
honorem concesseras. regnandi iure seruaueras et
spem successionis. quid expeteret quod habebat. aut
quemammodum tantis muneribus ingratus foret. qui
uel aliut ageret in tua nece. nisi ut tuum affectaret
periculum quod te uiuo metueret non posse defunc
to timeret. ab his uitaq. a quibus etiam subpositus propriae
salutis excidium perhorrescere. patet istae aetas
fallaciae facile decipitur et fraudulentorum
insidiis circumuenitur. uix resistit dolis aetas senilis
plerumq. tamen ne terenum prudentia circumscribe
tum uersutiis inretitur. ergo si maturioris sae
pe labefacta est. quid mirum si aetas immaturior
aderre non potuit tibi. cum insidiantium catheruis per
urgeretur. illos igitur perturbatores regiae
domus esse. illos incitatores adulescentium semi
natores discordiarum. qui in desperationem salu
tis deduxerint adulescentem ut se thoma comagis in
dulserit aemulationi potius quam absolutioni intende
rit. aliqui te etiam in periculi commotioni
quibus paulatim inflecti herodes coeperat. et mol
lire indignationem circa alexandrum.
At uero in ferorem commouerit uehementius. quod
illis quattuor libellis ipse omnium minister et totius
scenae architectus exponebatur. qui uidens regem